+Ha litere propria manu
Josephi Caroli Archiducis
exarate fuerant

7975

Reverende in Chrõ pater.

Literas et organum Mathematicum aliaq(ue) tua, quæ mihi per
Patris Pizzoni manus misisti, accepi. Placet mihi sedulitas
tua, quam meæ causâ in organo illo conciñando adhibuisti,
ut magna cum facilitate capiam disciplinas Mathematicas, quas
iure merito regias ac principe dignas appellasti. Futurum
vero est, ut mihi magis magisq(ue) placeat organum, si advertero
illud promissioni consonare, atq(ue) re ipsa facilitatem promissam
præstare. Adhortor te, ut pergas in tua coepta diligentia,
qua res mathematicas promoveas, ego vero non omittam tibi
gratia mea Archiducali semper favere. Vale.

Carolus Jos[illegible]

Viennæ 31 Decembris.
1665.